Fr. PATRIT. *in Dedicat. Philoſ. ad* **GREG. XIV.**

Ego ſapientiſſimi *Triſmegiſti* Dictum mente ſæpiùs revolvens(*ſine*
„ *PHILOSOPHIA impoſſibile eſſe ſummè eſſe PIUM: vehementem enim*
„ (ſubdit) *AMOREM habet, & Malorum omnium obliviſcitur ea ANI-*
„ *MA, quæ ſuum dedicerit* Authorem: *nam à* Bono *diſcedere ampliùs*
„ *non poteſt; &*, DEO *facta ſimilis, vel pura fit* Mens, *vel* DEUS *evadit:*)
„ aliam, quàm *Peripateticam*, Veriorem in Rebus reperiri poſſe *Philoſophiam*, ſuſpicatus ſum: cujus ope ad Authorem noſtrum, DEUM nempè Immortalem, REDIRE, ac puræ *Mentes*, ac penè *Dij* evadere poſſimus.

At:

CONTRA SYCOPHANTÆ MORSUM NON EST REMEDIUM.

Et grave, juxta *Senecam*, eſt
Judicium, quod non habet præ-*Judicium*.
(*Salvo errore Typi.*)

ἐπίμετρον
Auctoris ad Philomath.

ALlicit, illuſtrat, juvat, ornat, ditat, honeſtat,
Magnates, Doctos, Mechanicosq́; Viros;
Luce, Gradu, Numero, Menſurâ, Pondere, Motu,
Ordine perpetuo, Tempore, Voce, Loco;
Jucundum, ſubtile, potens, pulchrum, utile, honeſtum,
Divinum Studium, nempè MATHEMATICUM!
Ergò, *Mathematicas* qvisquis contemſerit Artes,
Non *Homo*; ſed vel Bos, vel piger eſt Aſinus. rudis
At! Si, quid DEUS, & quid ſit *Natura*, quid *Ars* ſit,
Noſſe velis? Sophicos, ſuadeo, diſce λόγους.
Diſce *Mathematicas*, ajo, feliciter artes;
Naturæ Cauſas; *Euſebiæq́;* vias:
Sic SAPIENS, ſic REX, ſic Numinis ipſe SACERDOS
Et pius, & felix, atque peritus eris!

ARTE, VIRTUTE, FIDE.

CUM